Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarius, Fragment - Cod. Karlsruhe 1403

[S.l.], [Anfang des 15. Jh.]

urn:nbn:de:bsz:31-33710

Visual Library

1403

14,7

acta 1,19–26

tantibus in ierusalem: ita ut appellaretur ager ille lingua eorum acheldemach: hoc est ager sanguinis. Scriptum est enim in libro psalmorum: Fiat commoratio eius deserta: et non sit qui inhabitet in ea: et episcopatum eius accipiat alius. Oportet ergo ex his viris qui nobiscum sunt congregati in omni tempore quo intravit et exivit inter nos dominus ihesus: incipiens a baptismate iohannis usque in diem qua assumptus est a nobis: testem resurrectionis eius fieri nobiscum unum ex istis. Et statuerunt duos ioseph qui vocabatur barsaban qui cognominatus est iustus et mathiam. Et orantes dixerunt Tu domine qui corda nosti omnium ostende quem elegeris ex his duobus unum accipere locum ministerii huius et apostolatus. Et ... [illegible] ... super mathiam ... [illegible] ... annumeratus est cum undecim apostolis.

Tercia walpurgis lectio Qui gloriatur

De sancto Gregorio papa lectio Sanctus qui in ...

In natale sancte benedicti lectio libri Sapientie

Eccli. 24,42

Rigabo ortum meum plantationum: et inebriabo partus mei fructum. Et ecce facta est michi trames abundans et fluvius meus appropinquabit ad mare: quoniam doctrinam quasi ante lucanum illuminabo omnibus et narrabo illam usque in ...

...EAL LANDES...

longinquum Penetrabo inferiores partes terre
et inspiciam omnes dormientes: et illuminabo
sperantes in deo Adhuc doctrinam quasi prophetiam
am effundam: et relinquam illam querentibus ~~sa~~
~~pientem~~ sapientiam: et non desinam in progeni
es illorum: usque in euum sanctum Videte quoniam non solum
michi laboraui: sed omnibus querentibus verita
tem In hiis placitum est spiritui meo que sunt
probata coram deo et hominibus: concordia fratrum
et amor proximorum 25,2

26 II In annunciatione Sancte Marie Lectio Ysaie
prophete

Locutus est dominus ad achaz dicens Pete
tibi signum a domino deo tuo in profundum infer
ni: siue in excelsum supra Et dixit achaz Non
petam: et non temptabo dominum Et dixit Audite
ergo domus dauid Numquid parum vobis est mole
stos esse hominibus quia molesti estis et deo meo.
Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum
Ecce virgo concipiet et pariet filium: et vocabi
tur nomen eius emanuel Butyrum et mel comedet
Ut sciat reprobare malum et eligere bonum
De sancto Ambrosio lectio Sapientia omnium antiquorum
De sancto Tiburcio Valeriano et Maximo lectio Lingua sapientium
De sancto leone nono pape lectio Ecce sacerdos magnus

De sancto Gregorio lco Justus ut supra De sancto Marco lectio Ezechielis prophete

Similitudo vultus quatuor animalium: facies ~~autem hominis~~ hominis et facies leonis a dextris ipsorum quatuor. facies autem bovis a sinistris ipsorum quatuor et facies aquile desuper ipsorum quatuor. Et facies eorum et penne eorum extente desuper. Due penne singulorum iungebantur: et due tegebant corpora eorum: et unumquodque eorum coram facie sua ambulabat. Ubi impetus erat spiritus illuc gradiebantur; nec revertebantur cum ambularent. Et similitudo animalium et aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium: et quasi aspectus lampadarum. Hec erat visio discurrentis in medio animalium splendor ignis et de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant et revertebantur in similitudine fulguris chorustantis. De sancto Vitale lco Justus si morte. Philippi et Jacobi lco libri Sapientie

Stabunt iusti in magna constantia: adversus eos qui se angustiaverunt. Et qui abstulerunt labores illorum: videntes turbabuntur timore horribili et mirabuntur in subitatione insperate salutis: dicentes inter se

penitenciam agentes et pre angustia spiritus
gementes. Hii sunt quos aliquando habuimus
in derisum et in similitudine improperii. Nos in
sensati vitam illorum estimabamus insaniam et finem
illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter
filios dei et inter sanctos illorum sors est. Epistola
De sanctis Alexandro Eventio et Theodulo lectio Si
In inventione sancte crucis. Ad galathas
Fratres. Confido de vobis in domino ihesu: quod
nihil aliud sapietis. Qui autem conturbat
vos portabit iudicium quicumque est ille.
Ego autem fratres si circumcisionem adhuc predico: quid
adhuc persecutionem patior? Ergo evacuatum est
scandalum crucis. Utinam et abscindantur qui vos
conturbant. Quicumque enim volunt placere in carne
hii cogunt vos circumcidi tantum ut crucis christi
persecutionem non patiantur. Neque enim qui circum
ciduntur legem custodiunt. Sed volunt vos circum
cidi ut in carne vestra glorientur. Michi autem ab
sit gloriari nisi in cruce domini nostri ihesu christi: per quem
michi mundus crucifixus est et ego mundo.
De sancto Iohanne ante portam latinam lectio Qui timet deum faciet bona
De sanctis Gordiano et Epimacho lectio In memoria perpetua
De sanctis Nereo et Achilleo lectio Iusti in perpetuum vivent
De sancto Pancracio martire lectio Beatus homo qui in v
De sancto Servatio lectio Iustus si morte